

*praedictos tamquam Visitatores, & Commissarios Apostolicos, ut praefertur deputatos, reverenter suscipiant, & recognoscant, ac eis in omnibus & singulis praemissis promptè pareant, & obsequantur, ac illorum salubria monita, & mandata humiliter recipiant, & efficaciter adimplere procurent. Volumus autem, ut si aliquando contingat, quod Praepositus Generalis dictae Congregationis per se ipsum visitationem hujusmodi obire intendat, tunc, & eo casu Visitator, seu Visitatores, ut praefertur, electi, seu subrogati omni prorsus careant jure, ac facultate dictas domus, & Communitates visitandi, aut in visitationes quomodocumque se ingerendi. Volumus insuper, ut cujuscumque visitationis hujusmodi acta per earumdem domorum, ac Collegii Apostolicos Visitatores, ut praefertur, deputatos, ad nostrum, & Sedis Apostolicae pro tempore existentem ad Reges Catholicos Nuncium transmittantur, ut inde per*

*eum*

can à los dichos Arzobispos, y Obispos, como Visitadores, y Comisarios Apostólicos diputados, como vá dicho, y les estén sumisos, y obedezcan puntualmente en todas y cada una de las cosas aquí arriba expresadas, reciban con humildad, y procuren cumplir con efecto sus saludables amonestaciones, y mandatos. Pero es nuestra voluntad, que si en algun tiempo sucediere que el Prepósito General de la referida Congregacion quisiese hacer por sí mismo la dicha visita, en tal caso los respectivos Visitadores nombrados, ó subrogados como va expresado, no tengan de ningun modo derecho, ni facultad de visitar las mencionadas Casas, y Comunidades, ni de mezclarse de ningun modo en las dichas Visitas. Asimismo es nuestra voluntad, que los Visitadores Apostólicos de las mismas Casas, y Colegio diputados, como va dicho, remitan las Actas de qualquiera Visita que hicieren al que entonces fuere Nuncio nuestro, y de la Sede Apostólica, à fin de

